

164.

LUCTUOSUM OBITUM
VIRI
FLURIMUM REVERENDI, CL. atq; DOCTISSIMI,
DOMINI
PETRI SCHOENWALDII,
Ecclesiastæ apud Thorunienses Neopolitani
per ipsos XLV. annos egregiè meriti,
a. d. XXI. Novembr. A. O. R. M. DCCI.
Improvisa apoplexia legibus mortalitatis soluti,
& d. XXVII. ejusd. Mensis in Templo prædicto
Christianis Ceremoniis humandi,
EX LEGE AMICITIÆ
lugere volebant
GYMNASII THORUNIENSIS
RECTOR, PROFESSORES & VISITATORES.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA THORUNIENSI

a x a.

MIGREMUS HINC!

Das war vor Zeiten das Wort /
Das kurz vor Zerstörung Jerusalems im Tempel sich hören ließ.
Jetzt heißt es bey allen Gottseligen Alten :

Migremus hinc!

Sie thun auch gar wol daran.
Ihr Zustand ist nicht mehr / wie vor 30. oder 40. Jahren.
Sie sind vielmahl ihnen selbst / schweige denn andren / beschwerlich.
Der Leib wil nicht mehr der Seele / die Seele nicht mehr dem Leibe /
wie ehnmahl / fügen.

Je mehr das Alter zunimmt / je mehr nimmt die Lust zu leben ab.
Der Welt zumahl sind Sie spinnen · feind.
Ihnen wil die Welt / Sie der Welt / nicht mehr anstehen.
Jene können nicht dulden / daß saures süsse; Diese / daß süßes saur /
genennt werde.

Der Compass Ihrer Constitution zeigt nur auf den Nord · Pol des Grabes.
Wenn junge Personen nun sich auf Erden feste zu setzen Mine machen /
wünschen jene hingegen von selbiger erlöst zu werden.

Sie wissen:

Wenn jetzt die Sonne untergehen wil / so ist es Zeit / die Herberge zu suchen.
Diesemach ist Ihr täglich Lösungs · Wort :

Migremus hinc!

Derogleichen wünschte auch der Wohlseelige Herr Schönwald.
Dem Gemüthe nach hat Er die Welt schon vorlängst quittiret.
Was dieser wol gefiel / war Ihme allemahl ein Aergernuß.
Ihne war unmöglich /

Die Lippigkeit vor Galanteri, die Falschheit vor eine Politic,
Die Hoffart vor Keckigkeit / zu erkennen.
Was die Geseß · Probe nicht hielt / das hielt Er vor kein gutes Werck.
Mit Simeon seinen Heiland selbst tragen / und zugleich andern vortragen /
Das hielt Er im hohen Alter vor die beste Alters · Arbeit.
Als jüngstens aber der Bau seines Leibes zu knacken und zu brechen anfieng /
da wurde das *Migremus hinc!* mit Ernst fortgesetzt.

Wol verstehend /
Daß man bey einem schwachen Pulß keine starcke Kräfte vermuthen könne /
bemühte Er sich /
Den Geist desto mehr zu stärken / je mehr die Natur unterlag.
Seele und Leib machten sich fertig / die grosse Reise anzutreten.
Wol erwegend /

Daß wir hier nur Gäste / dort aber Bürger sind /
erfüllte Er endlich in der That / was Er vorhin wol tausendmahl gewünschet:
Das ist: Er wanderte der Seelen nach an den Ort / wohin sein *migremus hinc!* gezelet.
Trauret demnach also / Ihr Wehrtesten Traurenden /
Daß Ihr nicht so wol Euren Verlust / als des Seel · Eherrns nñ Hn. Vaters Wechsel /
zu betrauen scheint.

Wer sein *migremus hinc!* mit einem solchen *migravimus* beschloffen /
Daß Er aus einem zerbrechlichen in ein Marmor · Haus versetzt worden /
der ist eines vergnügenden / nicht kläglichen / Zuruffes werth.

Uso entwarff seine gute Meinung

M. George Wende / R.

Cum

Cum Moses * canis curis annisque refertus
Poneret in Josuam munia sancta pium;
Corpus defessum, vires fractasque quieti
Componens vacuas egit in orbe vices.
Donec Eum DEUS ipse sua statione moveret,
Et vellet læti tecta subire poli.
Sic Schönwald Pastor cœtus & Mysta fidelis,
Cui fractæ vires, canaque ruga fuit;
Officium sacrum Gnato concessit amando,
Et requiem membris quæsiit ipse suis.
Donec ad æternam cœli conscenderet arcem,
Linqveret & molli debile corpus humo.
Hinc Illi Christus dixit: * Tu Serve fidelis,
Intra, sunt Domini regna parata Tibi.
De tanto cœli Tibi grator honore, Sacerdos,
Et precor, ut moestos gratia dia tegat.

* Deut. XXXI.
7. 1099.

* Matth. XXV.
21. 23.

Exequias pie defuncti Viri, quinquagenarii ferè
Ecclesiasta, cohonestaturus adjecit.

M. MARTINUS Böhlm.

Tandem decursum satis est in calle laborum,
Atque hostes contra pugna peracta feros:
Conservata fides. Posthac SCHOENWALDE Corona
Justitiæ, in cœlis dia reposta datur.
O exoptatam Sanctorum in lumine sortem,
Quam sibi confisis dat manus alma DEI!

Condolentia ergo f.

PAVLVS PATER.

Ad Virum Pl. Rev. Dn. SAMUELEM SCHOENWALDUM,
ob amissum Patrem in luctu jacentem.

Utile par hominum æternas invasit in auras,
Ut Pater ille tuus, sic Socer ille meus.
Ambrosiis studiis hos Albertina fovebat,
Viderat atque aluit Sanctus utrumque Sion. (a)
Ille tuus Genitor Sophiæ divinaque jura
Excoluit, noster fecit utrumque Socer.
Nunc alios taceo, junctos Myslenta docebat,
Qui Vero texit Relligionis opes.
Obrepens error pharetras persensit & arcum
Illius, ut monstrant plurima scripta Viri.
Qualis erat Doctor, tales quoque reddidit illos
Is patriæ, studiis purus uterque fuit.
Una fuit pietas in pectore & ore duorum,
Numinis unus Amor, Candor & unus erat.
His clari spoliis Virtute auxere nitorem,
His aliisque locis, ille suum, iste suum.

Pro-

Profuit ille DEI populis pia iussa docendo,
 Vita, arte & methodo, profuit iste Scholis.
 Illius, istius, nomen virtusque refulsit,
 Amborum merces non peritura viget.
 Multa utrique dies, multis saturantur & annis,
 Non quivis vitæ tempora tanta capit.
 Proh quoties illos torsit vesana procella!
 Sed quam vicerunt mente animoque pio.
 Qui præfunt regnis, templis, Heliconis & umbris,
 Expectent semper fellea tela mali.
 Viderunt natos, & nepotes, atque nepotes,
 E quibus nonnullos sustulit atra dies.
 Sic terris similes complectitur axis olympi,
 In quo nulla gerunt prælia dira feri.
 Idem annus nostros ambos mensisque November
 Abstulit, & sociant aurea secla poli.
 Par impar terris fuit hoc, sed gloria fecit,
 Una pares, radiant ambo decore pari.

(a) Joan. Sturmii Classic. Epit. l. 3. præfat. ad Albertum Marchionem Brandemburgensem, Regionem vocat Sionem Sanctum.

Dedit ista, Viro Adm. Rever. Dn. PETRO SCHOENWALDO, & Cl.
 Dn. WENCESLAVO JOHANNIDI, Socero carissimo,
 JOHANNES REZIK, P.P. & Visitat.

MOrborum gravitas quod sit prænuncia mortis,
 Nemo negat, quamvis visa subinde levis.
 Aggressus vires *Venerandi* morbus acutus
 SCHOENWALDI nuper, frangere non potuit:
 Ast nunc imposita graviori mole dolorum
 E vivis subito cedere fecit Eum.
 Sic *Anni* fecit lugubrem *Ecclesia* finem,
 Et lacrumis querulis inchoat illa novum.
 Non potuit pietas Templorum morte vacare:
 Non potuit tristi clade carere Schola.
 Ipse tot irarum flammis accensus Olympus
 Bina dedit letho corpora clara Virum.
 Auspiciis, utinam, currat melioribus annus,
 Et templis nostris hic novus atque Scholis:
 Viribus ut rursus repetitis Tempa Scholæque
 Immensum possint concelebrare DEUM.
 Cœlestes nec res patiantur damna molesta;
 Sed pietas semper floreat atque fides.
 Quem cœtus voluit Defuncti munere fungi,
 Dum staret dubio langvida Vita pede,
 Ille Sionæos hortos plantetque rigetque
 Sedulus ut Genitor, supplice corde precor.

M. MARTINUS BERTLEFFIUS, P.P. & Visitat.